



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 7. Quàm diuersa sit mors Hypocritarum, & simpliciter Deo seruientium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)



tur. Bonis quippe cernebatur moribus, atque in omni sua actione compositus, sed sicut ex finere patuit, longè aliter, quàm apparebat, fuit. Nam cum ieiunare se cum fratribus demonstraret, occultè manducare consueverat. Quod eius vitium fratres omninò nesciebant. Sed corporis superueniente molestia, ad vita extrema perditus est. Qui cum esset in fine, fratres ad se omnes, qui monasterio inerant, congregari fecit. At illi tali, ut putabant viro moriente, magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderant. Quibus ipse afflictus, & tremens compulsus est prodere, cui hosti traditus cogebatur exire. Nam dixit: Quando me vobiscum credebatis ieiunare, occulte comedebam, & ecce nunc ad deorandum draconi traditus sum, qui caudà meam genua pedesq; colligavit: caput verò suum in meum os mittens, spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est, atq; ut pœnitendo se liberare potuisset, à dracone, quem viderat, expectatus non est. Quod nimirum constat, quia ad solam utilitatem audientium viderit, qui eum hostem, cui traditus fuerat, & innotuit, & non evasit.

## §. VII.

Quàm diversa sit mors Hypocritarum, & simpliciter Deo servientium?

Hoc



Hoc tandem sine laudes suas evertunt  
hypocritæ, qui, dum coram hominibus bo-  
nam existimationem aucupantur, de ipsa  
existimatione per fraudem rapta; & à Deo,  
& ab hominibus damnati erubescunt; ho-  
norisq; loco duplicem contemptum igno-  
miniamq; reportant, sicut meretrix, quæ  
pro casta vult haberi; nam & libidinis, &  
mendacij sustinet reprehensionem. *Quid di-* S. Greg.  
*cturi sumus*, ait S. Gregorius, *qui iniqua ope-* in reg.  
*ribus docemus; & sola voce ea, quæ sunt iusta*  
*pretendimus? ossa ieiunijs atteruntur, & men-*  
*te turgemus: corpus despectis vestibus tegitur,*  
*& elatione cordis purpuram superamus; iace-*  
*mus in cinere, & excelsa non aspicimus; docto-*  
*res humilium, duces superbia, orina facie lupi-*  
*nos dentes abscondimus. An non tales prodi-*  
*merentur? De Euthymio magnæ sanctitatis* Niceph.  
*viro, inter cetera narrat Nicephorus sequen-* lib. 14.  
*tem historiam: Cùm Monachus quidam mo-* hist. Eccl.  
*reretur, qui egregiam virtutis & castitatis fa-* cap. 52.  
*nam obtineret, impudicus autem prorsus esset,*  
*sanctum hunc virum angelum horrenda specie*  
*tridente grani animam ipsius, crudelem in mo-*  
*dum, è corpore extrahentem vidisse, & vocem*  
*simul calitûs, occulta turpitudinis facinora*  
*aperte reuelantem, audisse. Alium quoq; pau-*  
*perem*



Iob. 20.  
27.

perem quemdam nudum in solo iacentem ab eo aspectum esse, lacerum prorsus & pannis vilibus oblitum, cuius animam, qui multi ei praesto aderant, Angeli reuerenter euocârint. Cui Dauid quoque cum summi concentus citharâ suâ affuerit, carminibus illam veluti demulcens atque producens. Vbi vides diuersa facie, diuersas animas rectas latuisse. Sub vili aspectu erat mens pretiosa; & sub fama castitatis summa turpitudine. De tali diuina est sententia: *Reuelabunt cali iniquitatem eius*; hoc est, per Angelos, & reliquos Diuos, & apparitiones detegent, quid sub ouina pelle occultârint.

§. VIII.

*Quanta sit ubiq; multitudo Hypocritarum?*

Pauci sunt fortasse ex hoc numero mortales? Enimuerò plurimi. Fridericus III. Imperator, cum audiret quemdam dicentem, abiturum se aliquando in ea loca, in quibus nulli planè hypocritæ essent, respondit: *Vltra Sauromatas ergo, & glaciale Oceanum tibi euundum est. Sed cum eò veneris, non omnino carebit hypocrisis locus, si modò & tu homo, non Deus es. Inter mortales enim nemo est, qui non ex aliqua parte fictus fucatusq; sit. Quis enim vitia sua non tegit? quàm pauci virtutes suas*